

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Historiae|| Natvralis|| Dell|| Serpentibvs|| Libri Dvo.||

Jonston, Jan

Heilbronnae, MDCCCLVII.

VD18 90529200

Illustration: Tab. IX. Serpens Marinus Mari Noruegico familiaris Aldr.


urn:nbn:de:gbv:45:1-11078

Serpens Marinus Mari Noruegico familiaris Aldr.

Tab. IX



*Serpens Marinus flavi Coloris
Maris Suedici Aldro.*



*Scolopendra Marina
Aldro.*




Scolopendra Marina amethystini Coloris Aldr.



Serpens American,


Indicus.



lib. A. animalium miscellaneorum. tunc M. amara. N. inservit.



Bembu
Venet.
l. 6.



Ambra
H. S. I.
Nom.



Descri-



HISTORIA NATURALIS

TITVLVS II.

De Draconibus in specie.

CAPVT I.

De Draconibus non alatis.

ARTICVLVS I.

De Draconibus non alatis apodibus.

PVNC TVM I.

De Basilisco.

Dracones optime in *non alatos* et

alatos: illos in *apodes* et *pedato*s distinguemus. *Apodes* sunt *Basiliscus*, *Draco Pythius*, et quidam

Nomen.

Exotici. *Basiliscus* Latinis *Regulus* vel quod terrori aliis Draconibus sit, vel quod diadema in capite gerat, ut *Festus*, habet, dicitur. Sibilo ejus

reliquos terreri, et praedam dere-

Aelian. H. linquere, apud Aelianum legimus.

A. l. 2. c. 7. *Descriptiones* ejus variae habentur.

Descriptio. Galen. l. de Theriaca ad Pisonem

Galenus facit flavum, triplici apice

frontis decorum. Abensina, ad fla-

vedinem et nigredinem vergentem,

capite valde acuto, oculis admodum

rubentibus. Plinius XII. non amplius

I. 8. c. 21. digitorum magnitudine, candida in

capite macula, ut quodam diadema-

te insignem. Grevinus ex Nicandro

III. palmos longum, corpore fla-

vo, tribus eminentiis superbum.

Alas nonnulli tribuunt, sed exiguae

et absque usu. Ille qui in Marchia,

in Abbatis Zinnensis ditione prope

Lucken Waldam interfactus est, erat

acuti capitum, flavi coloris, tres pal-

mamos longus, et valde crassus, cauda

in latus turbinata, alvo notis candi-

dis distincta, ore magno, tergore ad

cyaneum tendente, prout eum Ence-

lius descripsit. Addidit pastor, circa

paludes divagari, ranis, serpentibus

et aliis animantibus vesci, vaccas sae-

pe interimere, et laete delecati. For-

mantur et ex Raja, prout ex iconē vi-

dere est. Servantur in Musaeo Bononiensi. In Cyrenaica nasci prodidit Plinius: Africae proprium Aelianus dixit.

Aelian. H. A. l. 3. c. 31. *De Generatione* vix quicquam

Generatio. compertum. Ex ovis Ibidum prodi-

re posse, Aegyptiis creditum: ex ovo

galli in lutamine sepulso Alberto:

figura, gallo, cauda excepta, futu-

rum scribit: ex ovo galli decrepiti,

vulgata sententia; ex sylvestris En-

celio proditum. Quid sentiendum sit

alibi dicemus. Quomodo formari a

gallo intra ovum possit, cum utero

destituatur non video. Incubasse a

gallinis posita, non diffiteor. Inimi-

citas gerit cum *mustela*, *gallo*, *inse-*

elis et aliis *Serpentibus*. De *Mustela*

ita Plinius. Huic tali monstro (saepē

Plin. l. c. enim enectum concupivere Reges

videre) mustelarum virus exitio est:

adeo naturae nihil placuit esse sine

pari. Injiciunt eas cavernis facile co-

gnitis foli tabe, necant illae simul

odore, moriunturque, et naturae

pugna conficitur. Mustelis tantum

Solin. c. 27. vinci dixit Solinus, quas illinc homi-

nies inferciunt cavernis in quibus de-

litescit. Vis tamen ne defuncto qui-

dem deest. Aelianus galli praefen-

tiam pertimescere dixit: ideo iteran-

tibus per Africam comes. Mori quo-

que si canentem audivit, addit. De

insectis Solinus. Basilisci reliquias

amplo festertio Pergameni compara-

verunt. Ut aedem Apellis manu in-

signem, nec araneae intexerent, nec

alites involarent, cadaver ejus reti-

culo aureo suspensum ibidem loca-

runt. De *Gressu* habet Plinius, nec fle-

xu multiplici ut reliquos corpus im-

pellere, sed celsum et erectum in me-

dio incedere. Cum movetur, media

corporis parte serpere, media ardu-

um et excelfsum esse, scripsit Solinus. Solin. l. c.

Necat frutices, inquit Plinius, *Venenum*.

non contactos modo, verum et affla-

tos: exurit herbas, rumpit saxa. Ta-

lis vis malo est. Creditum quondam

ex equo occiso hasta et per eum sub-

eunte